

communium, si quæ turpiter sine alterius consensu expendant, teneantur ex bonis proprijs refarcire. f. 125. n. 147.

Militum meretrices non tenentur turpiter donata restituere nisi post Sententiam. An autem illud dominum adjudicandum sit militi, an Fisco, est attendenda confutudo. f. cod. n. 148. Non recte tamen hoc Ius revocandi extendit ad Clericos, multo inepius ad Doctores, Licentiatos, Advocatos. ed.

Judicibus prohibentur Jure Digestorum dati imunera, quæ non sunt Eculenta & Poculenta. item Jure Novellarum. f. 126. n. 149. denique Jure Canonico. 150. quo Jure Delegati Summi Pontificis reddantur incapaces dominij aliorum munerum, & teneantur etiam absque Sententia restituere: quod tamen non est extendendum ad Judges Saculares. cod.

Donationis excessiva Infusatio.

Donationes ultra 500. solidos de Jure communii, & ultra 1000. florenos Jure Bavario, ut valent, sunt infundenda, tribus exceptis. 1. Pro Redempione captivorum. 2. Donatione facta milibitis. 3. Donatione ad restitutioinem aedium incendio abfumpatrum. f. 126. n. 151.

Solidi lepuagintur duo, ex communi opinione, unam auri libram, & quinqenti quasi septem libras constituant. Aliqui volunt, solidum aquivalere Aureo Ungarico. f. 127. n. 152.

Constitutio Juris requiriens infusationem, non extendit ad donationem mortis causâ. fol. 127. n. 153.

Donationes propter nuptias si excedant 500. solidos, ex parte mariti sine infusatione non parant etiæ lucrum ex date in casum mortis uxoris vel injusti repudij, ex parte uxoris valent etiam sine infusatione. f. 128. n. 154.

Donationes ad causa pias universim non videtur indigere infusatione. f. 128. n. 155.

Eiam Inferiorum Principum donationes non indigent infusatione. f. cod. n. 156.

Juramento potest firmari donatione excessiva, ut non possit ob neglectam infusationem revocari. f. cod. n. 157.

Forma facienda infusationis pender ex locorum conueniudine. f. 129. n. 158. ubi exemplum refertur.

Quando pluribus simul minores summa donantur, qua tamen simul excedunt 500. solidos, ut indigent vel non indigent infusatione, considerandum est, an fiat uno imputo, ut donatarij moraliter uniantur. ed.

Non est opus infusatione, si quis successivè & absque fraude legis, eidem donat minores summas, tandem 500. solidos excedentes. f. 129. n. 159.

Infusatione opus est, si donatio consistat in remissione debiti, cessione, pacto de non petendo

&c. ultra valorem 500. solidorum, etiam si ex diuersis causis fiant. f. cod. n. 160.

Donatarius potest excessum bona conscientia tamdiu retinere, donec a donatore repetatur. fol. 130. n. 161.

Donans negliget infusatione, potest bona conscientia revocare excessum ultra 500. solidos. fol. cod. n. 162.

Donationes reciproca habentes debitam similitatem, etiam si excedant 500. solidos, non habent opus infusatione, quia habent potius rationem commutationis. cod.

Excessus reperitur conditione sine causa. f. cod. n. 163.

Donatio omnium bonorum, & reciproca in tempus mortis.

Donari possunt res quævis existentes in patrimonio nostro, & in commercium cadentes, corporales, & incorporales, mobiles, immobiles. fol. 131. n. 164.

Jure Natura licita est donatio omnium bonorum praesentium & futurorum. f. cod. n. 165. Etiam in jure positivo prohibita esset, posset tamen juramento firmari. cod.

Valeat etiam jure positivo donatio omnium bonorum praesentium & futurorum, quoad proprietatem, retento usufructu. Valet etiam, ne quidem retento usufructu, facta a pias causas. cod. In modo jure positivo evincit potest, hujusmodi donationem etiam ad cauam profanam esse irritam: neque efficaci ratione probatur esse irritandam. fol. 132. n. 167. & seqq.

Donatio omnium suorum bonorum, sub his terminis, comprehendet etiam actiones, nomina, & iura. fol. 133. n. 171. an autem hujusmodi donatio se extenderet ad futura, considerandum est, qualis antimus in donante presumi possit, & plenamente præsumetur non voluisse comprehendere. n. 172.

Donatio Reciproca in casum seu tempus mortis omnium suorum bonorum, sicutem ex coniunctudine valet, nec Jure reperitur clare improbata. fol. 134. n. 174.

Donatio inter Virum & Uxorem.

Donationes inter Conjuges varijs iuribus irritantur, ita ut nec naturale nec civile obligacionem inducent tradendi rem donatam: sed nec fiducijsori cautione roborari possunt. fol. 135. n. 175. Neque valeret, si per interpositas perlitas fieret, nisi aliarum personarum rerumque causa inseparabilis commixta esset. fol. cod. n. 176. Nec valerer remissio pretij rei vendita: ed.

Neque etiam valeret, si donatio quidem ante nuptias facta esset, sed primum post nuptias executione mandata, ex dispositione & intentione donantis. cod.

Potest tamen donatarius rem donatam bona conscientia tamdiu tenere, quamdiu non revocatur,

tur, nec morte donantis confirmatur. f. 136. n. 177. Idem dicendum de donationibus factis ante Matrimonium consummatum. n. 178.

Causa quo matrimonium est nullum, si uterque consensu est nullitatis, valet donatio. Imò valeret, etiam si solus donans fecerit. Si tamen donans ignarus fuit, non valet, ob defectum consensu. f. cod. n. 179.

Non valet donatio inter Sponsos, hac Legi, ut Donatarius dominium nanciscatur, cum nuptiae fuerint secutæ. Nisi futurio nuptiarum effet potius adiecta ut conditio, cuius verificatum jam exsistat, etiæ ignoretur à donante, qui si sciret, iam absolute donaret. f. 137. n. 180.

Neque valet donatio inter illos, qui aliquando conjuges contingunt per patriam potestatem, v.g. facta Nuru à Socero. f. cod. n. 181.

Jure Bavario valet donatio inter conjuges si non existent liberi, nec supervenant: si supervenant, donatio annullatur. cod. in fine.

Donationes conjugij non revocatae, confirmantur morte donantis. fol. 138. n. 182. Requiritur tamen ad has donationes, ut facta fuerit rei donata traditio, & in hoc differunt ab alijs mortis causa donationibus. f. cod. n. 183. Suffici tamen traditio facta, qua sit per claustrum confirmata. cod.

Donatario prius moriente, evanescit donatio, non obstante facta traditione. f. 138. n. 184. Praesumeretur tamen pro valore donationis, si ambo v.g. codem infortunio perirent, nec confite posse, quis prior obierit. f. 139. n. 185. Quodsi multitudi sibi donasset sub hac conditione, si alter fuverit, adhuc videretur utriusque donatione validum, quia conditio videretur solam requisita fuisse ad hoc, ut alterius heres omnia haberet. cod.

Revocata donatione, etiæ non recuperata possessione, evanescit donatio, nisi de novo donatur. f. cod. n. 186. Sufficit autem revocatio tacita, v.g. rei donata oppignoratio proprio nomine donantis facta. Non sufficeret tamen hypotheca generalis. n. 187.

Si rem donatam donans relinquet eidem conjugi in ultima voluntate, per verba ambigua, potius ut donatio confirmaretur, quam ut legatum, adeoque retrotraheretur quoad fructus fructus in vita donatoris, & deberetur, etiam non aditâ hereditate; nisi ob excessum omisâ infusatione non possit morte confirmari, tunc enim habetur rationem legati. fol. 140. n. 188. Imò non videretur donans recedere à priore donandi voluntate, etiam clavis verbis rem donatam legatur; sed adhuc confirmaretur in vim donationis. f. 140. n. 189.

Censetur etiam Donatio tacite revocari secuto divortio per animorum aversionem: item per ingratisudinem donatarij, & per graves inimicities, nisi sucescerit reconciliatio. cod.

Confirmata donatione per mortem donatoris, retrotrahitur donatio quoad fructus perceperos vivo donatore, ut eos consequatur donatarius per-

inde acsi statim facta donatione dominus suiller. Quod ad excessum tamen, negliget infusatione, sicut non confirmaretur, ita nec retrotraheretur. f. 141. n. 190. Ut autem donatarius fructus lucretur, non requiritur, ut putet donationem valuisse, facta est, quod leviter, se posse bonâ fide colligere, cum spe, futurum ut confirmetur. cod. Retrotrahitur non solum quoad fructus industriales, sed etiam quoad naturales. Imò revocata donatione non tenetur restituere industriales. cod.

Donatio Conjugij assimilatur Legatis in recipiabilitate & derrogatione Falcidie, & quod non possit prejudicare legi im: Contractibus vero, quia requirit acceptationem, traditionem, & infusationem, & quod confirmetur absque haretatis aditione, & absque solemnitatis ultimam voluntatum. f. 141. n. 191.

Per Professionem in Religione successionis capaci, non confirmatur donatio, sed potest revocari usque ad mortem naturalem. f. cod. n. 192. Si vero donans profitetur in Religione incapacit successionis, statim confirmatur, nec est excepta mors naturalis. cod.

Morte civili, quæ maritus donans efficitur Servus pœnae, confirmatur donatio, non item quâ fuit Servus hominis, tunc enim donatio evanescit, nisi dominus vellet ratificare. f. 142. num. 194.

Si donans esset Ixor, per ejus condemnationem ad mortem, donatio penitus evanesceret, nec confirmaretur. cod.

Solâ capita maximâ diminutione, per deportationem & exilium, in aliquo sensu dicitur confirmari donatio, in aliquo sensu manet suspenса, & revocabilis a marito. f. cod. n. 195.

Confirmari potest Donatio inter Conjuges Juramento, quo donans juret, se, quantum in se est, nolle habere Ius, neque suos heredes, revocandi donationem. f. 142. n. 196.

Reciproca donationes, etiam diverso tempore factæ, non agent confirmationem per mortem, nisi quod excessum & inqualitatem notabilem, vi cuius alter est factus locupletior. f. 143. num. 198. & seqq.

Donationes Remuneratoria inter conjuges, non agent confirmationem per mortem, cum habeant potius rationem compensationis quam donationis. f. 145. n. 201. & seqq.

Donationes factæ ob conditionis disparitatem, si fiant in ipso actu donis constituenda, valent irrevocabiliter, non autem factæ post matrimonium contractum, in quo tamen consuetudo attendenda. f. 146. n. 207.

Donatio qui fieret, si maritus caveret, sed datum (non solutum) accepisse, non valet, morte tamen confirmatur. fol. 147. n. 208.

Valeat irrevocabiliter donatio facta marito ab facienda expensâ pro honore adipiscendo. f. 147. n. 209. Item valet donatio facta ex commiseratione aut pictate. n. 210.

Valeret etiam remissio dotis ex parte seu diminutio. Remissio tamen Usurarum ex dote porciendiarum, non valeret. f. 148. n. 211.

Donatio facta in tempus soluti matrimonij valet irrevocabiliter. f. cod. n. 212.

Donatio facta Uxorii à viro ob timorem exilio, exilio secuto confirmatur. cod.

Ut alia donationes sunt infirmae, & morte confirmanda, duo copulatim requiruntur; ut donans fiat pauperior, & donatarius fiat locupletior. f. 148. n. 213. Ut autem donans censeatur factus pauperior, necesse est, ut per talem donationem minuit suum patrimonium. Unde non obstaret valor donationis, si aliquod lucrum in debito non acceptaret in favorem conjugis. n. 214. ubi exemplum.

Donatio Rei-alienæ facta ab inscio, non valet. Probabilitate tantum valeret, si bona fide possefisset, & Jus praefribendi in uxorem transferret, quia hoc esset solum nolle acquirere. f. 149. num. 216. & seq.

Probabilis non valeret donatio facta ab eo, qui alioquin rem donatam prodegeret, quia ad huius verum esset, quod fieret pauperior; sicut fieret, si extraneo donaret. f. 150. n. 218.

Donatio facta eâ Lege, ut à Donatario transferatur in tertium, valet, quia Donatarius fieret locupletior. f. 150. n. 219.

Si Donatarius rem donatam sine sua culpa consumpsit, ita ut non sit factus locupletior, valet donatio, si vero ex culpa, non valet, & ideo posset revocari si donans factus est pauperior. fol. cod. n. 220.

Ur donations inter conjuges morte confirmetur, requiritur vel vera vel ficta traditio prædens. f. 150. n. 221. & seq.

Jure Bavario conjugibus non habentibus liberos, conceditur potestis donandi in vicem, sed coram Magistratu, vel litteris sigillo munitis. Si tamen potesta acquirant liberos, evanescit donatio. f. 151. n. 227.

Ad revocandam donationem competit donanti Rei Vindictio, si residuæ existat, sicutus datus Condicio sine causa, quatenus Donatarius locupletior factus est. f. cod. n. 228. Quandoque non datur directa, sed utilis tantum Actio: ut, si ex pecunia donata res aliqua à donatario comparata est. n. 229. Si tamen res sine culpa periret, donator periret, quia Donatarius non esset factus locupletior. cod.

Donatio Filiorumfamilias, Minorum, Parentum.

Filiusfamilias non potest res peculij non Castrensis, cuius administrationem haberet, donare, nisi in quantum illi tacite vel expresse concedatur. f. 154. n. 230.

Ex illis Adventitijs, quorum filius non solum proprietatem, sed etiam Usumfructum, plenamque administrationem haberet, potest pro libitu,

sicut aliis paterfamilias, donare. f. cod. n. 231.

Minor curatorem non habens, potest donare donatione qua solo consensu perficitur, & quâ ad tradendum obligatur, si Praetor suo decreto approbaverit. f. 154. n. 232.

Pater non potest donare Liberis in potestate constitutis. Jure Codicis tamen Donatio confirmatur morte donatoris. Mater Filio, & Filiusfamilias patri donare potest. f. cod. n. 233.

Donations facta liberis ex causa, ut Dotis, donationis propter nuptias, ad prosequenda flidia, accipiendo gradus, consequendum Beneficium &c. valent: sed quomodo hæc conferenda, actum est suo loco. sicut etiam quod pater possit filio reliquere Usufructum in adventitijs. f. cod. n. 234.

Donatio facta filiosam. à patre potest morte confirmari. cod.

Donatio facta ut computetur in legitimam, est revocabilis, & non est absoluta donatio, sed quedam anticipata soluto legitima. f. 155. n. 235.

Donatio remuneratoria statim irrevocabiliter valet, si proportionata meritis. Quodsi de meritis dubium esset, morte confirmaretur, nisi confaret, intentionem fuisse meritis alligatum. f. cod. n. 236.

Donatio Regularium.

Præ oculis habendas sunt Bullæ Pontificis de Largitione numerum, qua hæc referuntur. fol. 155. n. 237. & seqq. Opinio quorundam, has Bullas non esse receptas, non haber amplius auctoritatem post declarationem Urb. VIII. fol. 159. n. 247. His Constitutionibus non est introductum novum Jus, sed antiquum reformatum, nisi quod prescribatur nova forma approbatio capitulo Generali, nec posset iulus Superior aur. Convenus ex causa quantumvis justa dare licentiam Religiōlo largitione munus: imo requiritur unanimis consensu totius Capituli secundum Bullam Clementis VIII. ex declaratione tamen Urbani VIII. suffici Superius localium licentia, ac majoris partis Conventionis. f. 159. n. 248.

Quænam quantitas requiritur, ut incurritur pars in Bulla constituta, est dubium; & non sufficeret duos auros, bene tamen 3. aut. 4. est magis receperunt. f. 150. n. 249.

Per plures modicas donationes, non coalescentes ex intentione pervenienti ad summam gravem prædictam, non incurritur illæ pœna. f. cod. n. 250.

Hac Constitutione non sunt prohibita donationes rerum ingenio partarum. f. cod. n. 251. Neque etiam peccaret Religiōlo contra Constitutionem, locando operam alteri v. g. piendis in & ex aliena materia. f. cod. n. 252.

Per Donations indirectæ factas, & eriam prohibitas, intelliguntur in Bulla illæ donations, que fierent per alium, qui volens donare Religiōlo dirigeretur

dirigeretur, ut Religiōlo nomine donaret alteri. Huc plures aliae revocantur, quas vide f. 160. n. 253.

Non prohibentur donationes, quibus nec bona Monasterij dissipantur, nec sunt ambitionis occasio. fol. 161. n. 254. Neque illæ, quæ fiunt ad redimentam iniustam vexationem, cod.

Probabilis tamen sunt prohibita illæ, quas quis veller excluere tanquam æquivalentes munusculis in Bulla concessis, nempe eculentis & poculentis, item ad devotionem facientibus. f. cod. n. 255. ubi exempla.

Non videntur adversari Constitutionibus, permittentibus invitationem ad convivia eorum qui ibi divertunt, aut transuent, invitarit etiam illos qui more patrio si non invitatur, aversionem à Religione conciperent. f. cod. n. 256.

Nec etiam adversantur donationes factæ illis, quos conflat tantudem redonaturos, modò ambitio abfit. fol. cod. n. 257.

Donationis inter vivos Revocabilitas.

Triplex causa Juribus approbata est, ex quibus Donatio inter vivos aliquoquin irrevocabilis ex genere suo possit revocari. Prima causa est Ingratitudo. Donatarij legibus expressa, ut: atrocis injuriis impianum manuum injectio: nobilitatis damnificatio: vita periculum causatum: neglectus gravaminum in donatione injunctorum. f. 162. n. 258.

Jus Revocandi ex causa Ingratitudinis tunc solum transit ad heredes, si donator injuriam commisit necivit, vel morte præventus, cum veller revocare non potuit, vel ingratisatio primù post mortem est commissa: vel, quando lis jam esset contestata. fol. cod. n. 259.

Ad Revocationem requiritur Judicialis causa cognitio & sententia: si tamen res promissa, neandum tradita esset, non teneretur donator tradere. fol. 163. n. 260. Latè sententia tenuerit Donatarius reus etiam in conscientia rem reddere, non item fructus perceptos ante litis contestationem. n. 261.

Ingratitudo debet esse Theologicè peccamina, unde non sufficeret accusatio alioquin licita, aut defensio. fol. cod. n. 262.

Revocatio ex causa Ingratitudinis non permittitur adversus heredes donatarij, nisi lite prius cum donatario contestata. f. cod. n. 263.

Revocatio conceditur heredi donatoris, quando Ingratitudo est commissa post mortem donatoris, vel gravamini imposito non est satisfactum. f. cod. n. 264.

Jus Revocandi non recte extenditur ad ingratitudines non expressas in lege, quamvis æquivalentes. cod.

Jus Revocandi non renuntiatur validè ante commissam ingratitudinem, nisi adjecto juramento. Efferant tale juramentum ad instantiam donatoris relaxandum. f. 163. n. 265.

Donatio remuneratoria non potest ob ingrati-

dinum revocari, neque donatio dotis aut contradictroris. f. 164. n. 266.

Mater ad secunda vota transiens adhuc potest revocare donationem. 1. Si filius vita insidetur. 2. Si manus impias intulerit. 3. Si rotius substantia jacturam molitus sit. f. cod. n. 267.

Ob inopiam non potest donatio revocari, etiam si donatarius alimenta negaverit. Aequitas tamē postulat, ut si majorem partem bonorum dono accepisset, officio Judicis cogereatur alimenta præstare ad quantitatem fructuum. f. cod. n. 26.

Re donata bona fide alienata, non posset aliiatio revocari. nisi in quantum ingratus donatarius locupletior factus esset. fol. 165. n. 269.

Natus præter spem liberis post factam extraneam donationem, potest donatio revocari: etiam si unicus nascatur. f. 165. n. 270. & seq. Hoc tamē non procedit si postea quis adoptetur, aut nascatur illegitimus, nisi per subsequens matrimonium levigimetur. f. 166. n. 272.

Quanta autem debeat fuisse donatio, videtur conscientie donantis relinquendum, an suis donatarius, si prævidisset problem nascituram, donec res ad Judicium deducatur, & tunc Judicis arbitrio standum n. 274.

Lex Si unquam. 8. C. de revoc. donat. unicè fundatur in presumptione non futura donationis, si spes prolis fuisse. f. 166. n. 275. Quodsi filii nati morerentur post factam revocationem, non reviceret donatio. n. 276.

Donatio facta Ecclesiæ vel alteri cause pia, non potest revocari, quia censetur fuisse remuneratoria & absoluta. f. 167. n. 277. Neque revocari potest donatio, si donator postea novo confitit Religionem proficeretur. n. 278. & seqq.

Donatio facta filio emancipato, potest à patre aut liberis postea nisi solidum revocari in quantum est inofficio. f. 168. n. 281.

Constitutio Legis si unquam. locum non habet in donatione mortis causâ. f. cod. n. 282. Neque in donatione remuneratoria excessiva. cod. Procedit tamen in renuntiacione paterna hereditatis, nisi facta esset à filia in contrâtu dotali secundum statuta. n. 283. Procedit etiam in renuntiacione Juri primi geniturae. cod.

Donatio inofficio potest solidum revocari usque ad Legitimam. f. 169. n. 285. & f. 170. n. 289. Quærela tamen non potest moveri nisi post mortem donatoris, & expectandum quinquennium. Durat 30. annis. eod.

Tomo 4.

Donator non liberatur solvendo premium, aut interesse. f. 8. n. 19.

Donatio Mortis causâ.

Tomo 2.

Donatio mortis causâ subjecta est Falcidæ. f. 247. n. 318.

Definitur ab Imper. Donatio, quæ propter mortis suspicionem fit, cum quis ita donat, ut si

quid hu-

quid humanitas ei contigisset, haberet is qui accipit. Sin autem supervixisset, is qui donavit, reciperet, vel si eum donationis pœnituisse, aut prior decesserit, cui donatum est. P. Molina definit: quod sit donatio, quā gratis aliquid traditur, aut promittitur, ut morte donantis absolute, aut ea sola morte, quā de proximo quando donatio sit, timetur, secundū ante donatarij mortem, res irrevocabiliter donatarij fiat, cum deambulatoria donantis usque ad ipsius mortem facultate, revocandi omnino eam donationem. Brevius sic. Est convention, quā quis rem mortis intuitu donat, quam se magis quā donatarium, hunc verò potius quam hæredem, habere mavult. f. 264. n. 421.

Dupliciter hæc donatio fieri potest. Primum, quando nullo praesenti periculi metu, sed sola mortis futura memoriā ductus donat. Secundū, quando praesenti periculo motu donat. Priore modo facta, non expirat, nisi revocetur. Posteriorē modo facta expirat, si extali periculo mors non sequatur. fol. 265. n. 423.

Quando res donata traditur, transfertur dominium, sed revocabile, nisi contrarium exprimit donator, nempe, quod velit primum post mortem dominum transferri. fol. cod. n. 424.

Potest fieri nudo pacto, absenti, & per nutum, & acceptata statim valer. fol. cod. n. 425.

Si non acceptetur ante mortem, iudicis naturam legati, & non valet, si fiat ab eo, qui quidem mortis causā donare potest, sed non legat. f. 267. n. 426.

Donatio hæc sit primum irrevocabilis per mortem eo modo fecutam, quo illi testator donationem annexam esse voluit. Unde non esset donatio mortis causā, sed potius in diem, si tempus mortis adiiceretur executioni, & præstacionis designanda causā. fol. 266. n. 427. & seqq.

Quando donatio facta est nō praesenti periculi mortis, presumitur alligata morti futuræ, quā non secutā resolvitur, sicut alij actus conditione non fecutā, absque omni alia revocatione. fol. cod. n. 429.

Resolvitur etiam, si donatarius moriatur ante donatorem. Quod si simil. cod. infantī morentur, donatio confirmaretur. f. 267. n. 431. & seqq.

Resolvitur etiam ipso jure, si donator pœna capitii afficiatur, & donatio facta sit ex suspicione pœna infingenda. cod.

Revocatur etiam pœnitentiā donatoris, vel expressa, vel tacita, sicut revocantur legata. fol. 267. n. 433. 437. 438. Quod si donator nullum haberet hæreditatem, adhuc conferetur per pœnitentiā revocata. n. 434.

Ex prole insperato superveniente, non minus revocatur tacite hac donatio, quā donatio inter vivos: immo hæc non est propriè revocatio, sed evanescit donatio ex defectu conditionis sub qua facta est: nisi proles nata fuerit. Unde ab hæreditibus donatoris posset revocari & vindicari. f. 268. n. 439.

Ad repetendam rem donata, datur donatoris condicō causā data causa non fecutā, quā etiam dicuntur fructus illi, ex quibus perceptis donatarius locupletior factus est, nisi præsumi posset

ex modo donandi, quod tales vellet absolute donator, v.g. dicendo: utere in tuam sufflationem fol. cod. n. 440.

Competit donatori etiam rei vindicatio, seu in rem actio, & quidem directa: nam dominum revocabile evanescit per revocationē. f. cod. n. 441.

Potest donator donationem reddere sicutem ex parte irrevocabilem, v.g. ut tunc solum resolvatur, si donatarius prior decesserit. fol. cod. n. 442.

Si donator per pactum reflexum & ab ipsa donatione distinctum, se obligaret ad non revocandum, (quod pactum posset juramento firmare) talis donatione retinetur natura & effectus donationis mortis causā. Unde revocatio subfalsa esset quidem peccaminosa, & injuria, valeret tamen, manente obligatione ad interesse. fol. 268. n. 443. & seqq.

Quodsi Donator motu aliquo modo à morte imminente donaret cum protestatione, quod velit esse irrevocabile donationem, effet, donatio inter vivos, & mors effet solum causa impulsiva, & sic grammaticaliter solū effet donatio mortis causā. fol. 269. n. 445.

Donatio mortis causā convenit cum ultimis voluntatibus, praesertim legatis, in seqq. 1. quod sit revocabilis. 2. quod requirat quinque testes. 3. quod non requiratur insinuatio in quacunque summa fiat. 4. quod subjaceat Falcidie, & interdictio Quorum legatorum. 5. quod in ea sit locus iuri accrescendi. 6. quod conditions turpes & impossibilis habeantur pro non adjectis. 7. quod sufficiat & requiratur capacitas donatarij pro tempore mortis donatoris. 8. quod abfue alia traditione dominium transeat in donatarium à morte testatoris, quā confirmatur donatio. 9. quod requirat easdem solennitates, quas codicillus. fol. 270. n. 449.

Differit ab ultimis voluntatibus. 1. quod confirmetur morte donantis independente ad additione hereditatis, dummodo prius fuerit acceptata. 2. quod requiratur acceptatio ante mortem donatoris. 3. quod possit in alterius voluntatem conferri sicut alij contractis. 4. quod filius/familias licet non possit testari aut legare, possit tamen donare mortis causā. fol. 270. n. 450.

Quando dubium est, an fuerit donatio mortis causā, aut inter vivos, alleganti donationem mortis causā incumbit probatio, alioquin contraria presumitur, etiam in mortis periculo concepta sit, si nulla mentio mortis facta sit, nisi donans non posset donare inter vivos. fol. cod. n. 451.

Filius/familias bona adventitia, in quibus pater usumfructum habet, potest donare mortis causā cum consensu patris, sicut & alios contractus celebrare, quibus donatio mortis causā in sua productione assimilatur. f. 271. n. 452. In quibus vero filius habet etiam usumfructum, potest etiam absq; consensu patris donare mortis causā. n. 453. Patris enim auctoritas non ad integrandam personam (alioquin sine ejus consensu nec inter vivos donare posset) filij, sed solum ob præjudicium patris requiritur. n. 454.

Regula

transfertur in maritum instar mutui. fol. cod. n. 342.

Constante matrimonio fructus dotis ad maritum spectant, etiam si excedant onera matrimonij quae ob vitium in haren testari prohibentur, ut pulsus, furiosus, &c. f. 272.

Minor, cùm possit testari sine Curatoris auctoritate, etiam potest donare mortis causā: neque in hoc afflumata, hac donatio contractibus inter vivos, sed ultimis voluntatibus, & ideo requiruntur quinque telles: solum assimilatur, quod requiratur acceptatio. f. cod. n. 450.

Conjuges etiam possunt donare invicem mortis causā, & donationes eorum inter vivos invalida si non reverentur, morte confirmantur, adeo ut retrahantur ad tempus, quo donatio interposita est. f. 273. n. 462. & seqq.

Donatio propter Nuptias.

De hac vide. *Don Contrados.*

Contrados.

Tome 1.

Don est omne illud, quod nomine uxoris darunt promittunt Marito ratione matrimonij, ad onera illius sustinenda, complectur ejus denominatio per ipsum matrimonium, sine quo non intelligitur esse don. f. 365. n. 324.

Est vel Proficitia, vel Adventitia. Illa est, que vel datur ab aliquo ascende, vel hujus intuitu ab extraneo. Adventitia, que aliunde habetur. f. cod. n. 325. & f. 387. n. 455.

Contrados, seu donatio propter nuptias, seu Doarium, sit a marito, vel alio ejus nomine pro donatione ascensione, cui regulariter debet exequari. f. cod. n. 328.

Dotis estimata estimatione, faciente venditionem, dominium tam civile quam naturale est pene maritum, adeo ut, solum matrimonio, non teneatur nixor rem ipsam recipere, nec maritus eam offerre, sed premium tanquam rei vendita. f. 366. n. 331. In dubio an dotis estimata fecerit venditionem, presumitur fecisse, nisi loci consuetudo aliud habetur. f. cod. n. 333. Estimatione iniqua quantumvis infra dimidium, deducitur ad equitatem. n. 334.

Si pretium restituenda dotis estimata non exsistet in bonis mariti, sed in dominium rerum donatum ad uxorem, potestque uxor vindicare exclusis omnibus creditoribus. f. cod. n. 335.

Dotis non estimata dominium civile habet maritū, naturale manet penes uxoret, cui contra extraneum, durante matrimonio, etiam convenienter utilis rei vindicatio, & si quid per fine culpa mariti, perit uxori. f. 367. n. 337. & seqq. Neque maritus tenetur ex culpa levissima. n. 341.

Si tradantur in dotem res consistentes in numero, pondere & mensura, earum dominium naturalē.

transfertur in maritum instar mutui. fol. cod. n. 342.

Constante matrimonio fructus dotis ad maritum spectant, etiam si excedant onera matrimonij quae ob vitium in haren testari prohibentur, ut pulsus, furiosus, &c. f. 272.

Contrados dominium naturale manet penes maritum unū cum fructibus. Penes uxorem autem videtur esse dominium civile, quatenus etiam durante matrimonio eam vindicare potest, & non solum actione hypothecariā prolequi. f. 369. n. 346.

Si Contrados confusat in rebus immobilibus, non potest maritus eas alienare, ne quidem confidente uxore, nisi transacto biennio iterum consentiat, finisque aliae res marito pro securitate doris. f. cod. n. 347.

Dotem dare tenetur pater legitimus si existat, & ad hoc compelli potest, si filia velit rationaliter nobire. f. 373. n. 377. Nec excusat, etiam si filia aliunde dives est, quia conductit ad acquirendum meliore maritum. n. 379.

Filiam illegitimam non tenetur pater dotare nisi forte modice, multo minus filiam que meretriciam vitam ageret, nec etiam qua incio vel invito patre ante 25. aetatis annum indigno marito nobaret, quod tamen Magistratus arbitrio relinquitur. Denique ab obligatione dotandi excusat omnis causa sufficiens ad exheredandum. f. 374. n. 380. & seqq.

In defectum patris tenetur mater, si filia sit impensis ante matrem probabiliter tenetur avus paternus, etiam si mater locuples sit. f. cod. n. 384. & seqq.

In horum defectum tenetur frater ex eodem patre natu dotare foroem pauperem, si ipse sit dives. f. 375. n. 389. Et denique horum omnium heredes tenentur, si ipsi, quando obligabantur, non datur. n. 390.

Maritus potest exigere fidejussiones de dote promissa, & pro dote permittit etiam feminis fidejussiones, non obstante SC. Vellejanu. f. 373. n. 393.

Uxor per le loquendū non potest à Marito, constante matrimonio, vel aetate, fidejussiones exigere de dote conservandas, nec, si darentur, obligarentur: potest tamen exigere extraneus si dote dedit. Solum matrimonio possunt exigere fidejussiones de dote reddenda. f. 376. n. 394. & seqq. Uxor tamen potest exigere, si est periculum dotis prodiganda. n. 396.

Si maritus suā culpā ad inopiam vergat, & evidenter conterit, facultates proprias mariti non sufficiunt exactioni dotis, potest dos, etiam durante matrimonio repetiri, ut ab alio securius administratur, nisi maritus fidejussiones à Magistratu approbatus daret. f. 376. n. 397. Ester tamen dos maritū iterum

H 2 iterum

iterum reddenda moribus emendatis, & sublati periculo. f. 377. n. 400. Inde si confitifera ab initio de moribus prodigiis mariti, non posset dos postea ex hac causa auferri, nec fidejussiones exigiri. n. 401.

Privilégio revocandi dōrem ex causis de novo emergentibus, non potest mulier validē renuntiare. f. 377. n. 402.

Jus repetendi dōrem profectitiam stante matrimonio primario competit filia, sed hac negligente competit patri, cuius est dominium. fol. cod. n. 404.

Jure novo non valet alienatio fundi dotalis in praedictum uxoris, ne quidem ab ambobus conjugibus sumi facta, nec hypothecaria, nisi ex causa utili vel necessaria dum stat matrimonium. f. 378. n. 405.

Fundus communis potest validē dividī, si expediāt, & socius ad divisionem provocet. f. cod. n. 406.

Valer tamen alienatio Juramento firmata spon-
taneo. f. cod. n. 407.

Pro alio etiam fundo subrogato potest alienati-
fi expedīat. Quamdiu autem non substituiatur
alius fundus, quo res mulieris melioretur, nego-
tium pender, & non faciat subrogatione alienatio
est nulla. f. cod. n. 408.

Valer etiam alienatio ex causa necessaria, ut
ad eum alienum solvendum cum consensu mariti,
f. 379. n. 408.

Neque mobilia inestimata, nec consistentiā in
pondere, numero & mensura, possunt validē alienari,
si maritus solvendo non sit, bene tamen
si sit solvendo: neque ad hūrum validam aliena-
tionem requiritur, ut post biennium renovetur
ab uxore consensu, sicut requiritur in immobiliis.
f. cod. n. 410, & seqq.

Maritus potest constante matrimonio res inva-
lide à se alienatas, à quocunque detentore vindicare
salem nomine uxoris. indē probabilitas no-
mine proprio. f. 380. n. 411. & seqq. Soluto ma-
trimonio potest etiam uxor fundum vindicare;
indē, si maritus negligat, etiam stante matrimo-
nio. n. 412.

Soluto matrimonio morte mariti, tunc solū
potest mulier confirmare alienationem invalidam,
si fundus prius redditus fuerit, & ita cesseraverit
esse dotalis. Soluto matrimonio per mortem u-
xor, heredes possunt ratificare alienationem nul-
la præcedente receptione. n. 413.

Emptor, si scivit fundum esse dotalē, solū
potest agere ad precium, si nescivit, etiam de Evi-
dentiō ad interest. f. cod. n. 412.

Quoniamcōm̄que valeat alienatio rerū do-
talium, etiam earum dominium naturale ha-
buerit maritus, est tamen dominium alienato-
rum revocabile ab uxore, casu quo maritus ad
inopiam veniat, ut solvere dōrem non possit. f.
381. n. 412. & seqq.

Si dōs constituit in rebus immobilibus corpora-
libus, & maritus solū habuit dominum ci-
vile, soluto matrimonio statim est restituenda.
Sive rō in mobilibus, vel in corporalibus, vel esti-
maritis, vel quando summa est restituenda
in valore, intra annūm primū est obligatio
restituendi, nisi aliud pactum fuerit. n. 414.

Fructus dōtis in te fructifera inestimata à die
soluti matrimonij spectat ad uxorem, in ceteris
ad maritum, indē & dōris in summa consistentis
spectat ad maritum ejusque heredes quoisque re-
nentur restituere. f. cod. n. 415.

Quamdiu dōs non restituitur, alienda est uxor
ab heredibus mariti, (nisi aliunde, vel ex fructu
dōtis dōlē alimenta habere posset) si velit in domo
heredum commorari, & consuetas operas pre-
stare. f. 381. n. 416.

Marito, Socero, & filii mariti ex coniuge re-
petente dōte suscepti, conceditur Beneficiū com-
petentia; si dōs fuit estimata estimatione faciente
venditionem, quod Beneficiū heredibus extra-
neis mariti negatur, quantum est ex hoc capite.
f. 382. n. 418.

Ad repētendā dōrem olim dabant Actio rei
uxoris Prescripti verbis, Condicio ex Legi Ju-
lia. Hodie datum alia triplex. Rei Vindicationis
recta & Utilis. Hypothecaria. Ex stipulatu. A-
ctio Rei Uxor in Actionem ex stipulatu de dōte
est transflata, & ideo hac est bona fides, sicut illa
erat: & hoc Actio competit, etiam si nulla stipula-
tio realiter intervenierit. Fingitur ergo inter-
venisse, & datur marito ad obtinendā dōrem
promissam, uxor ad eam repētendā: nisi pater
dans dōrem stipulatu effet eam sibi restitui: quā
tamen ei restituta iecutum filia in dōrem danda
est. f. 382. n. 419. & seqq.

Extraneo, nisi expressè stipulatus sit, non com-
petit Actio ex stipulatu, sed præsumitur dōrem
donatō. f. 383. n. 424.

Mulier in bonis mariti habet Hypothecam ta-
citam ratione dōtis, quā ad heredes extraneos
non transfit, bene tamen ad descendentes. f. cod.
num. 416. Vi hujus tacita Hypotheca præterit
mulier alijs omnibus creditorijs anterioribus
(tribus exceptis) non solū tacitam, sed etiam
expressam Hypothecam habebit. f. 384. n. 425.
& seqq. Causa autem excepti sunt. 1. Si ex mala
administratione præcipitata fadus sis debitor sit;
non solū res tuae obligantur tacite Fisco, sed
dos etiam Iuxristur, ita videlicet, si bona mariti
exhausta sunt, neque aliquip residuum inventari.
f. 385. n. 424. 2. Quandiu cum Novēra con-
currunt liberi prioris Matrimonij in exactiō
dōtis. n. 425. 3. Funeraria Actio causa dōtis
preferetur. num. 426. Falsissima est opinio Hunni
quid in Deposito mulier præterit deponēat.
n. 427.

Marito ejusque Hāredi competit Exceptio com-
penſationis ob impensas necessarias, utiles, vo-
luntate mulieris factas: item ob res amatās, quam-
doque etiam ob commodatas à muliere invito ma-
ritu. f. 386. n. 428. Sed cum limitatione. Nam
de suo tenet Maritus res dotalē tueri, colere
agros, refecte domos sumptu medico, colligere
fructus &c. cod. Circa hanc exceptionem obli-
gitur, quod non sit ex illis, que dantur ubi
actio non datur. Nam marito etiam actiones com-
petunt, nempe Conditio indebiti: Rei Vindi-
cationis si res existet, aut conditio, si non existet:
interdum utilis rei vindicatio. Actio rerum amo-
ratur. f. 386. n. 429.

Competit etiam Marito quandoque exceptio
doli, v. g. ob rem dotalē evictam, vel uxori Le-
gatam pro dote. f. 387. n. 430.

Competit denique Exceptio non numerate dōtis,
oppōndā infra annum, si intra biennium
matrimonium dissolvatur, infra tres mensēs vero,
si ultra duri usque ad decennium: quo elapse
omnino tollitur. f. 387. n. 431.

De Exceptione lucratā dōtis ob adulterium
vide Adulterium.

Privilegiū dōtis tunc solū conveniunt rebus
ex pecunia dotalē emptis, aut cum re dotalē per-
mutatis, quando Maritus non est solvendo. fol.
cod. n. 434.

In dōtem dari possunt res omnes quā in com-
mercio sunt. f. 388. n. 435.

Si dōs constituit pater ultra vires patrimoniū,
datū liberis querela inoficioz dōtis. f. 388.
n. 416.

Inutilis est promissio dōtis incerta ab extraneo
facta, nec in boni viri arbitrium collata. f. cod.
n. 417.

Pacta quadam dotalia improbantur in Jure.
Hujusmodi est. 1. Quo de hāreditate vel ejus
parte præmotum conjugis agitur. 2. Reparatio
pacatum, ut filia dote contenta nullum ad bona
paterna regresum habeat. 3. Ut filia non ob-
stante dote nihilominus ex aqua portione patrī
cum fratribus succedit. Sed de his Provinciarum
varia est consuetudo, ubi, præsentim in Germa-
nia, rata habentur. f. 388. n. 438. De Jure Cano-
nico hujusmodi pacta Juramento firmari possunt.
n. 439.

Dos exigenda est in loco domiciliū mariti, tem-
pore quo fuit contradictus celebratus. f. cod. num.
400.

Causa Dōtis ad Judicem Sæcularem pertinet:
ad hujus negligientiam supplendam ad Ecclesiasti-
cum, vel, si judicatur acceſſori, ad causam ma-
trimonialē. f. 389. n. 440.

Fundus dotalis non præscribitur spatio 10. an-
norū nisi prescriptio, incepſet antequam effet
dotalis. f. 389. n. 361.

Si ex aliquo Statuto Dos est loco Legitima,
immunis esse debet ab omni onere. f. 320. num.
534. vide etiam Legitima.

Dos quonodo conferenda aut in Legitimam
computandā sit, vide Collatio bonorum. & Legi-
tima.

Dos quando est loco Legitima, est sine onere
relinquenda, sicut Legitima. f. 320. n. 534. Unde,
conditio adjecta: si nupserit: reijectetur, & dos e-
tiam infantū statim solvenda esset. Item rei-
jectur hac conditio: si sine liberis decesserit, re-
sistat, cod.

Fructus ex rebus oppignoratis loco dōtis, potest
maritus absque usura retinere, item uxor mortuo
marito, donec dos solvatur, item maritus mortua
uxore, filiorum nomine. f. 207. n. 428. & f. 209.
n. 434.

Dos, soluto Matrimonio repetenda est in loco
domiciliū Mariti, & non ubi contractus celebra-
tus. f. 30. n. 362.

Duellum.

Tomo 1.

Duellantes Jure Ecclesiastico incurvant Infā-
tiā, & hujus prætextu potest plerumque salvo
honore detrectari oblatum duellum. fol. 191. nu.
641. ubi casus & exempla. item incurvant Excom-
municationem Sedi Apoliticae reservatam. f. 193.
n. 633.

Finendo casum, quod salvo honore non pos-
sit recutari oblatum duellum, non est tamen licita
acceptatio Duelli, habens vim conventionis, quā
duellantes cedunt vicissim iure suo in vitam fol.
192. n. 648. & 653.

Ad tuendum honorem non est necessaria acce-
ptatio duelli, sed sufficit, & licet comparere in pu-
blice, animo se defendi, si hostis aggrediat, dummodo habeat probabilitatem victoriae. f. cod.
n. 449. & seqq. ubi inde 4. Casus, quibus licet ac-
ceptare duellum acceptatione imprōprie dicta, quā
habeat puram rationē defensionis. fol. 193. n. 652.

E.

Ebrietas.

Tomo 6.

Quamvis ebrius ob delictum in ebrietate com-
missum, nō possit puniri pœna ordinaria quā dolus
punitur, puniens tamen est, quod inebriando se
exposuit periculo, arbitrio Judicis. fol. 322. n. 532.
Si ebrius non privavit ratione, non excusat à
pœna ordinaria. fol. 323. n. 533.

Contra prætentendum ebrietatem, stat præsum-
ptio, nisi contrarium probet, aut præsumatur. nu.
534.

Ecclesiæ Bona, eorumque admī-
nistratio.

Tomo 1.

Ecclesiæ Particulares habent Dominium illorum
H 3 Bonorum